

tur prudens motivum N. si non habeatur tale motivum Con. & licet simpliciter & speculative loquendo semper possit aliter esse ac pœnitens dicit, atamen practice & moraliter aliter esse non potest in Iudicio confessorii, si nulla in contrarium motiva, quæ assertionem pœnitentis infirmant, occurrant. Ad id quod additur, patet ex dictis priore Quæst. quare onus confitendi subeant sæpè etiam illi, qui ad effectum Pœnitentiæ dispositi non sunt.

DISPUTATIO XXXVII.

De Absolutione & Satisfactione.

EXercitium potestatis ligandi & solvendi Sacerdotibus concessæ exigit secundum dicta subiectum dispositum, quia verò illud Ecclesiæ ordinationi subest, hinc potest hoc exercitium ampliari vel restringi in inferioribus Sacerdotibus, secundum quod videtur Ecclesiæ Prælati. Deinde vi potestatis ligandi possunt ad opus pœnale obligari pœnitentes, ut secundum arbitrium Confessorii aliquam pro peccatis præstent satisfactionem, ut igitur reliquæ de absolutione & satisfactione difficultates expediantur. sit

QUÆSTIO I.

An & qualiter moribundus nulla dans signa possit absolvi?

Moribundus sensibus destitutus aut ante mortis periculum signa Pœnitentiæ edidit, aut præventus mortis periculo nulla exteriora signa, quæ à circumstantibus adverti potuerunt, dare potuit, si signa pœnitentiæ ante vel in ipso periculo edidit illa aut fuerunt certa, aut probabilia, aut dubia, signa certa sunt, quæ ex natura sua ordinantur ad confessionem & Sacramentum Pœnitentiæ: ut si in-

firmus

firmus ce
velle con
signa pro
nificant
exhibent
mentum
ad Dei m
cum mor
solutione
rationer
sunt inc
oriantur
rò ex na
bi, me
pius sul
cerdoti
Hjs p
dum, q
senti; qu
fessio vi
de confe
ria nece
præcepti
observat
tualis, l
solutione
tionis & c
sed diffici
nec certa
bene tamen
aut dubia
aliis dare
sarius poss
DICO
sunt denega

firmus curaverit advocari Confessarium, dixerit, se velle confiteri, desiderare remissionem peccatorum; signa probabilia Pœnitentiæ sunt, quæ quidem significant dolorem in pœnitente ac Pœnitentiã, sed exhibentur sine relatione ad confessionem & Sacramentum Pœnitentiæ: ut si infirmus pectus tundat, ad Dei misericordiam suspiret, quæ signa in infirmo cum morte colluctante præsumuntur referri ad absolutionem tanquam medium necessarium ad liberationem à peccatis. Signa dubia sunt, quæ de se sunt indifferentia, de quibus meritò dubitatur: an orientur ex Pœnitentiã & dolore de peccatis, an verò ex naturali dolore aut angustia, vehementiã morbi, metu mortis v. g. si infirmus lachrymetur, sæpius suspiret, oculos ad cœlum attollat, manum Sacerdotis constringat.

His præmissis certum est, licitè absolvi moribundum, qui certa signa Pœnitentiæ dat Sacerdoti præsentem: quia hic ferè unicus casus est, quo sufficit confessio virtualis; confessio enim formalis, uti supra de confessione est dictum, non est absolutè necessaria necessitate Sacramenti, sed solum necessitate præcepti divini, quod non obligat, nisi quatenus observari potest, est autem sufficiens confessio virtualis, si pœnitens ab ipso met Sacerdote petat absolutionem, aut coram eo saltem edat signa contritionis & doloris in ordine ad absolutionem directa, sed difficultas est imprimis, si pœnitens nulla signa nec certa nec dubia coram Confessario exhibuit, bene tamen coram aliis. Deindè si nulla signa certa aut dubia neque coram Confessario, neque coram aliis dare potuit, an inquam in his casibus Confessarius possit & debeat absolvere moribundum.

DICO. *In necessitatis articulo nemini Sacramenta sunt deneganda.* S. Th. in suppl. Q. 20. A. 1. Q.

Explico : Moribundo toties Sacramentum Pœnitentiæ est impendendum, quoties probabiliter ipsi prodesse potest.

*Probat*ur : Quod à Christo Domino institutum est ad omnium hominum salutem, omnibus illis applicari debet, quibus probabiliter potest prodesse : quia tunc potest obtineri finis, ad quem ordinatum est; atqui Sacramentum Pœnitentiæ à Christo Domino ad salutem omnium hominum est institutum, qui illius effectus capaces sunt, inter quos etiam est moribundus, ergo si probabiliter possit moribundo prodesse, eidem Sacramentum Pœnitentiæ beneficio sacerdotalis absolutionis applicari debet. Et quidem secundum sequentem differentiam.

1.º. Si moribundus signa doloris dederit & voluntatem confitendi ostenderit, non tantum coram Sacerdote, sed etiam absente Sacerdote coram alio quovis homine, qui de hoc in præsentia Sacerdotis testetur, absolvi debet.

*Probat*ur ex rituali Romano edito auctoritate Pauli V. tit. de pœnit. §. ult. ubi dicitur de infirmo sensibus destituto, *si confitendi desiderium sive per se sive per alios ostenderit, est absolvendus.*

Non obstat decretum Clementis VIII. damnans confessionem factam absenti; nam in nostro casu fit confessio Sacerdoti præsentem per alios nimirum tanquam interpretes & testes; quamvis autem in hoc casu tutius sit, quod testes de signis doloris in absentia Confessarii exhibitis testentur Sacerdote jam præsentem apud infirmum, si tamen nec hoc fieri possit, potest nihilominus infirmus absolvi: quia quando pœnitens coram alio ostendit voluntatem confitendi, vel signa doloris ad confessionem directa edidit, jam incepit virtualiter confiteri, quæ confessio virtualis tam diu moraliter continuatur, usque dum

dum Sa
fessarius
vise con
nuntius
qui conf
quam po
dus, qu
fessionem
possit, c
Pœnit
Confess
pœnite
na dubi
dem (u
cerdote
dote ve
charita
tus succ
tremæ n
licito;
extremo
contritu
lutione
rere po
2.º.º.
destitute
bio sign
tatem co
test. Ra
cramente
fessio ext
lis Sacra
su nulla
cum nullo
voluntas c

dum Sacerdos præsens absolvat, ergo reverà si Confessarius præsens præsentem absolvat, dicitur absoluisse continentem sibi præsentem, licet alius inter-nuntius non adsit, sicut in simili dictum est de eo, qui confessionem scriptam misit Confessario absenti, quam postea coram præsentem ratificat, ita moribundus, qui absentem vocari jussit, licet hanc confessionem expressam verbo vel signo ratificate non possit, censetur illam tacitè ratificare.

Porro si signa doloris in præsentia vel absentia Confessarii exhibita fuerint certa vel probabilia, est pœnitens absolutè absolvendus, si verò fuerint signa dubia, est absolvendus sub conditione, & quidem sub obligatione gravi charitatis à quolibet Sacerdote, & ex obligatione Justitiæ à proprio Sacerdote vel paroco. *Ratio est*: quia generali præcepto charitatis quilibet, & superior ex justitia est obligatus succurrere proximo vel subdito in periculo extremæ necessitatis constituto modo sibi probabili & licito; atqui in dictis casibus proximus versatur in extremo periculo salutis, si fortè non sit perfectè contritus, ac huic periculo Confessarius per absolutionem vel absolutam vel conditionatam succurrere potest; ergo.

2. dò infirmus vel moribundus loquelâ & sensibus destitutus, qui nullo nec certo nec probabili nec dubio signo ullo modo dolorem ostendit, aut voluntatem confitendi, nec validè nec licitè absolvi potest. *Ratio est*: quia in nullo casu licet conferre Sacramentum sine aliqua parte essentiali, atqui confessio externa formalis vel virtualis est pars essentialis Sacramenti Pœnitentiæ, in proposito autem casu nulla est confessio externa ne quidem virtualis; cum nullo omninò signo ostendatur dolor animi & voluntas confitendi, ut supponitur; ergo talis nullo

lo modo potest absolvi nequidem sub conditione; quia ut Sacramentum sub conditione in casu necessitatis conferatur, debet ad minus adesse materia dubia, & spes validè conferendi Sacramentum, sic in casu necessitatis Baptismi liceret baptizare sub conditione in cerevisia, non tamen in vino, ergo eodem modo Sacerdos hominem v. g. reperiens in via vulneratum animam agentem, de quo nescit, an sit Catholicus an Hæreticus, an benè vel malè vixerit, nec ullum probabile vel dubium signum deprehendit, ex quo saltem sperare possit absolutionem esse profuturam, non potest absolvere citrà sacrilegium etiam sub conditione.

3tiò. Si Confessario ex se vel aliundè constet, quod moribundus Catholicus sensibus adeò destitutus, ut Confessarius nullum externum signum advertat, piè & christianè vixisset, potest & debet Confessarius talem nullo signo alio habito de ejus dispositione dolore vel voluntate confitendi sub conditione absolvere.

Pro hac piâ sententiâ moribundis favorabili, quæ hodiè inter Theologos est multum communis, statuitur hoc solidum fundamentum: licitum est in extrema necessitate administrare Sacramentum, quando deficientibus aliis probationibus præsumitur adesse omne ad valorem Sacramenti requisitum, si autem possit administrari, etiam debet administrari ex lege charitatis & Justitiæ; atqui potest prudenter præsumi de quolibet bono christiano, si prævidet periculum mortis, quod dederit signum contritionis in ordine ad absolutionem: illud nempe præsumitur factum, quod plerumque fieri solet; quamvis igitur in tali moribundo ità oppresso nullum signum appareat, quod materiam confessionis certam faciat Confessario sensibiliter præsentem in ordine ad

absolu-

absolu
confer
gitare, p
catis de
aliqua
lutionem
sarius de
lem mor
absolve
conditi
post. t
lutio t
Obj
fessio
menti
vum at
proxim
vita no
cujus ne
fusè qu
ad novi
dandam
B. ad h
quod v
præsum
tum dir
ut in vic
sumendi
fente vel
manifest
sumptivè
tionis,
ne absol
sola ante
ac confess

absolutionem, ac proinde licet Confessario non constet, moribundum de peccatis & suâ salute cogitare, potest tamen fieri, ut non solum intus de peccatis doleat, & confiteri desideret, sed etiam signa aliqua sensibilia in ordine ad confessionem & absolutionem consequendam edat, quæ tamen Confessarius de facto non advertat; ergo Confessarius talem moribundum dubiè confitentem sub conditione absolvendo & muneri suo & charitati satisfacit, dum conditio omnem irreverentiam (quæ fortè subesse possit) tollit, & probabiliter sacramentalis absolutio hoc modo validè detur.

Obj. In tali casu deficit reverà omnis nova confessio externa, quam esse partem essentialem Sacramenti definivit Trid. Sess. 14. de pœn. cap. 3. novum autem Sacramentum requirit novam materiam proximam eamque sensibilem, atqui antea acta bona vita non est nova materia, nec novum signum aliqujus novæ materiæ præsentis, ne generaliter & confusè quidem; ergo non potest esse signum sufficiens ad novum Sacramentum & novam absolutionem dandam etiam sub conditione.

Ad hoc fundamentum sententiæ adversæ satis firmum, quod vita christiana antea acta non sit formaliter sed præsumptivè signum sufficiens doloris ad Sacramentum directi & aliquo signo exteriori manifestari, ita ut in vitâ christianâ antea actâ solum sit motivum præsumendi dolorem de peccatis esse à moribundo præsentem vel absente Confessario signo aliquo sensibili manifestatum, ipse autem dolor sic sensibilibiter præsumptivè manifestatus est materia proxima absolutionis, & ita moribundus catholicus sub conditione absolvitur licitè, non quidem ex eo præcisè, quod sola antea acta vita sit signum præsentis dispositionis, ac confessionem virtuales sensibilem constituat in ordine

ordine ad absolutionem, sed quod talis prudenter existimatur aut exhibuisse aut potius exhibere forte de facto aliqua signa doloris in ordine ad Sacramentum, quamvis Confessarius illa non intelligat, adeoque Confessarius signa dubia habet, quæ sufficiunt ad Sacramentum in casu necessitatis sub conditione administrandum; adducitur pro hac doctrina insignis testimonium S. August. qui lib. 1. tom. 6. de adulterin. conjug. cap. ult. postquam docuisset catechumenum in adulterio viventem & subito oppressum infirmitate, in qua nequeat significare internum dolorem aut desiderium Baptismi, equidem esse baptizandum, hanc dat rationem: *non solum incredibile est, nec in fine vite hujus baptizari catechumenum velle, verum etiam si voluntas ejus incerta est, multo satius est nolenti dare, quam volenti negare, ubi velit an nolit, sic non apparet, ut tamen credibilis sit eum, si posset, velle se potius fuisse dicturum, ea Sacramenta percipere, sine quibus jam credidit non se oportere de corpore exire.* Applicat hæc S. D. ad Pœnitentiam subjungendo, *qua autem baptismatis, ea reconciliationis est causa, si forte pœnitentem finienda vita periculum præoccupaverit, nec ipsos enim ex hac vita sine arrha suæ pacis exire velle debet Mater Ecclesia.*

Addunt patroni sententiæ piæ factum Clementis VIII. qui, cum quendam operarium ex fabrica D. Petri cadentem vidisset, absolutionem ei dedit dicendo: *si es capax absolvo te à peccatis tuis.*

Q U Æ S T I O II.

A quo & qualiter possit fieri absolutio à reservatis?

DICO 1. *potest superior aliqua sibi reservare, in quibus Judicium inferiori non committat.* S. Th. in suppl. Q. 20. A. 2. in Q.

Ità C
nopere a
mis Pat
Et grat
duntaxa
Pontific
universa
suo potue
bitand
nata su
que Di
nem lu
feriore
quibus
autem
aut hori
coram l
Anathe
habere
nam po
non pro
rè absol
nit & t
de Sacc
eligend
eidem E
penitus pe
Ratio est
dinetur ju
undè pote
gere, &
omnino p
lidè refer
tur nec res
ta externa c

Ità Concil. Trid. Sess. 14. de pœnit. cap. 7. mag-
 nopere ad christiani populi disciplinam pertinere sanctissi-
 mis Patribus nostris visum est, ut atrociora quadam
 & graviora crimina non à quibusvis, sed à summis
 auctoritatibus Sacerdotibus absolverentur. Undè merito
 Pontifices maximi pro suprema potestate sibi in Ecclesia
 universali tradita causas aliquas criminum graviore
 suo potuerunt peculiari iudicio reservare. Neque du-
 bitandum est, quando omnia, que à Deo sunt, ordi-
 nata sunt, quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cui-
 que Diœcesi in ædificationem tamen, non in destructio-
 nem liceat pro illis in subditos tradita suprâ reliquos in-
 feriores Sacerdotes auctoritate præsertim quoad illa,
 quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc
 autem delictorum reservationem consonum est divine
 auctoritati non tantum in externa politia, sed etiam
 coram Deo vim habere. Idem Con. Trid. Sess. can. 11.
 Anathema dicit illi, qui dixerit, Episcopos non
 habere Jus reservandi sibi casus, nisi quoad exter-
 nam politiam, atque ideo casuum reservationem
 non prohibere, quominus Sacerdos à reservatis ve-
 rè absolvat. Consonat cap. si Episcopus 2. de pœ-
 nit & remiss. in 6. lib. 5. tit. 10. in quo Bonif. VIII.
 de Sacerdote electo ab eo, cui Episcopus facultatem
 eligendi Confessarium concesserit: in casibus, quæ
 eidem Episcopo specialiter reservantur, nullam habet
 penitus potestatem.

Ratio est: quod jurisdictio Judicis inferioris subor-
 dinetur jurisdictioni superioris, & ab illâ dependeat,
 undè potest superior jurisdictionem inferioris restrin-
 gere, & ad certos casus limitare; licet autem omnia
 omnino peccata ex ratione jam adductâ à superiore va-
 lidè reservari possint, de facto tamen non reservan-
 tur nec reservari licitè possunt nisi peccata mortalia cer-
 ta externa opere consummata, cujus ratio desumitur

ex textu allegato Trident, quia reservatio licitè tantum exercetur in ædificationem & non in destructionem, & non nisi ex rationabili causa; sed imprimis ex reservatione peccatorum venialium nulla sequitur utilitas: cum illa licitè in confessione possint omitti, Deinde ex reservatione peccatorum internorum nimis difficile redderetur hoc Sacramentum, tum propter eorum facilitatem, tum propter difficilem cognitionem de distinctione & gravitate illorum, undè nec omnia peccata mortalia externa reservantur; sed solum illa, quæ specialem continent gravitatem & quorum frequentatio specialius obest fidelium saluti & bono Ecclesiæ Catholicæ. Quia verò potestas absolvendi conceditur in favorem animarum: hinc ejusdem restrictio est odiosa, undè casuum reservatio est restringenda, neque ultrà proprietatem verborum extendenda, ut complectatur tantum in illo genere actus perfectos, ideo si reservatum sit v.g. homicidium, ille non incurrit casum reservatum, qui non occidit actu, licet animo occidendi lethale vulnus inflixerit.

Porro peccata reservantur, vel à summo Pontifice & vocantur casus Papales vel ab ordinariis locorum & vocantur casus Episcopales, inter quos hæc est differentia: quod de facto summus Pontifex nullum reservet peccatum, quod non habeat simul annexam excommunicationem; quia neque in corpore juris Canonici neque in Bullis Pontificiis reperitur ulla reservatio delicti cujuscumque, nisi cum annexâ reservatâ excommunicatione, undè ablatâ excommunicatione etiam tollitur reservatio, & si quis committens peccatum Pontifici reservatum ratione ignorantiae excusetur à Censurâ excommunicationis, respectu ipsius peccatum non foret reservatum. Econtrâ Episcopi reservant sibi quorundam criminum absolutionem, licet iisdem censuram non annectant.

Q.
vati?

R. I.

contine

muni de

specialib

2. C.

trâ varie

singulis

sunt sec

caltau

tificem

imo

credent

primen

contine

put. X.

2 dus

ad futur

ab ordin

ceptis, leg

ter latis:

Ecclesiæ

rali: qu

juria S. P

3 tius

eorum qu

babiliter i

bus Cath

cionem

pœnalibus

4 tus co

bona Cath

vibus vel n

tore.

III. Par

Q. I. Quinam sunt casus summo Pontifici refer-
vati?

R. I. Casus reservati Papales sunt triplices: aliqui continentur in Bulla Cœnæ Domini, alii in jure communi decreto, decretalibus & extravagantibus, alii in specialibus summorum Pontificum constitutionibus.

2. Casus Bullæ Cœnæ id est: processus illius contra varios in Ecclesiam ejusque caput injuriosos, qui singulis annis in Cœnâ Domini publicari consuevit: sunt sequentes à quibus nullus prætextu quarumvis facultatum extrâ Articulum mortis præter summum Pontificem absolvere potest.

1mus complectitur schismaticos, hæreticos eorum credentes receptores ac defensores, item legentes, imprimentes, tenentes aut defendentes libros Hæresin continentes, hic casus expositus est in 2.2. Disput. X.

2dus complectitur appellantes à summo Pontifice ad futurum concilium, ad quem spectant appellantes ab ordinationibus seu mandatis id est sententiis, præceptis, legibus, censuris & pœnis generaliter seu specialiter latis à summo Pontifice, non tantum quâ supremo Ecclesiastico Principe, sed etiam quâ Principe temporali: quia per quamcunque appellationem infertur injuria S. Pontifici, cujus intuitu hæc Censura est lata.

3tius complectitur piratas per mare Pontificium eorumque receptores & fautores, quo nomine probabiliter intelliguntur soli Piratæ, qui aliquam fidelibus Catholicis deprædicationem mutilationem seu occisionem fecerunt: cum verba in legibus præsertim pœnalibus intelligenda sint cum effectu.

4tus complectitur surripientes in materia notabili bona Catholicorum tempore naufragii vel ex ipsis navibus vel metu naufragii in littus ejecta ex eodem littore.

5tus complectitur imponentes augentes ac exigentes extrâ casus à jure seu speciali Sedis Apostolicæ licentiâ concessos in terris suis nova pedagia & gabellas.

6tus complectitur falsificantes (id est addentes vel dementes aliquid , unde sensus litterarum mutetur) litteras Apostolicas id est ab ipso S. Pontifice sive ejus nomine , non vero à S. Congregatione , pœnitentia-ria , inquisitione , Concilio , Datario , nuntio Apostolico seu legato à latere expeditas. Etiam eos comprehendit , qui falsas litteras summi Pontificis nomine datas publicant aut falsò ejus nomine supplicationes signant.

7mus complectitur deferentes arma & alia instrumenta usui bellico idonea ad infideles, ad quem pertinent imò arma , ferrum , chalybem , stannum aliaque metalla nec non bellica instrumenta equos & animalia bello inservientia ad infideles seu hæreticos deferentes (excipiuntur ab aliquibus victualia & aliæ merces probabiliter) 2do ii, qui infideles seu hæreticos certificant de statu temporali Christianorum seu Catholicorum in eorum damnum & detrimentum , adeo ut ipse etiam tabellio litteras secretum Christianæ Reipublicæ continentes infidelibus scienter deferens teneatur istâ censurâ. 3tio qui auxilium consilium vel favorem faciunt hæreticis seu infidelibus Catholicos oppugnantibus, dum ex tali consilio seu auxilio Catholici reipsâ sunt damnificati.

8vus complectitur impediens directè non autem consequenter (si v.g. princeps ob necessitatem suorum subditorum prohibeat, ne victualia extrâ territorium deferantur) ne Romanæ Curix victualia aliaque necessaria deferantur.

9nus complectitur eos , qui offendunt non in suis duntaxat personis sed in uxore filiis servis & familiaribus ad negotia Romæ peragenda necessariis per se vel

alios d
interfic
causa et
curiam
tes livei
1 om
tilantes v
tes Rom
nis ad u
dentes
Aposto
corum.

11 m
pos ac
compet
dignitat
consiliu
12 m
Personas
Romana
currente
curantes
curatore
per dicti
larum ve
quomod
directè, a

13 tius
litterarum
sacularem
manam C
tione.

14 tus
Ecclesiastic
ne ibi parte

alios

alios directè vel indirectè, cum effectu tamen, ipsos interficiendo mutilando seu spoliando, accedentes ex causa etiam alicujus temporalis negotii ad Romanam curiam sive sedem Apostolicam, sive ab hâc recedentes sive ibi commorantes.

10mus complectitur offendentes interficientes mutilantes vulnerantes detinentes capientes seu deprædantes Romipetas & peregrinos accedentes causâ devotionis ad urbem vel in eâ commorantes aut ab eâ recedentes & hæc censura lata est non in favorem Sedis Apostolicæ, sicut præcedens, sed in favorem cultûs locorum sacrorum.

11mus complectitur offendentes Cardinales Episcopos ac Sedis Apostolicæ Nuntios aut eos è suis terris competentibus non modo ratione Originis sed etiam dignitatis Ecclesiasticæ ejicientes vel ad hoc cum effectu consilium vel auxilium conferentes vel ratihabentes.

12mus complectitur eos, qui per se vel per alios Personas Ecclesiasticas quascunque vel sæculares ad Romanam curiam super eorum causis & negotiis recurrentes ac illa in eadem curiâ prosequentes aut procurantes, negotiorumque gestores, Advocatos, Procuratores & agentes seu etiam auditores vel Judices super dictis causis vel negotiis deputatos occasione causarum vel negotiorum hujusmodi occidunt seu quomodo percutiunt, bonis spoliant, directè vel indirectè, aut consilium vel auxilium ad id præstant.

13tius complectitur à gravaminibus ac executione litterarum Apostolicarum appellantes ad potestatem sæcularem, & impediens eos, qui accedunt ad Romanam Curiam pro negotiorum & gratiarum expeditione.

14tus complectitur illos, qui causas à iudicibus Ecclesiasticis avocant vel citando partes, vel inhibendo, ne ibi partes ulterius litigent, vel earum cursum execu-

tionemque litterarum Apostolicarum impediunt, distinguitur hic casus à præcedente quod agat de iis qui similia agunt autoritate publicâ, præcedens vero de procedentibus autoritate privatâ.

15tus complectitur trahentes vel trahi procurantes vel directè vel indirectè (in hunc finem vexando consanguineos vel intimos) personas aut communitates Ecclesiasticas ad tribunal sæculare. Condentes statuta, (non tamen suadentes, promulgantes, præcones) libertati Ecclesiasticæ præjudicantia, eisque usu non privato sed publico & autoritativo utentes.

16tus complectitur impediennes etiam indirectè in hunc finem consanguineos vexando vel consilium auxilium favorem ad hoc præstando: (autoritatem tamen publicam quidam requirunt) ne Prælati Ecclesiastici suâ jurisdictione possint uti, ad hunc pertinent impetrantes in tribunali sæculari mandatum pro revocatione sententiarum seu decretorum à jurisdictione Ecclesiastica sive delegata sive ordinaria emanatorum aut ad hoc consilium auxilium & favorem præstantes.

17mus complectitur usurpatores & sequestratores sine legitimâ superiorum licentiâ reddituum fructuum ac Proventuum ad Pontificem Sedemque Apostolicam vel alias Personas Ecclesiasticas (probabiliter aliqui limitant: titulo Ecclesiastico non merè temporali) pertinentium.

18vus complectitur imponentes directè vel indirectè titulo potestatis laicalis decimas, collectas & alia onera Ecclesiasticis personis.

19nus complectitur Judices sæculares aliasque personas judiciales ad processum ejusve executionem concurrentes, qui in causis capitalibus seu criminalibus Clericorum hos banniendo vel alias processando se interponunt extrâ casus à jure permisso. Qui sunt

imo

imo. S
si post co
fertim e
Prælato
consiliu
dum Jud
tiam e
delictum
pediri n
20m
clesiæ l
pantes
effectu
21m
mâ facu
nibus.
3. C
Imò vic
quis sua
Censuri
nuit par
tionis in
cia per
delegat
tali Cen
legatus,
rior, pro
3. Litte
dies vigi
de crimi
furas exc
rentes ca
tit. 11.
incurp
bus per p

1mo. Si fiat de mandato superioris Ecclesiastici. 2do si post commissum delictum Clericus in flagranti præsertim deprehensus capitur ad effectum præsentandi Prælato Ecclesiastico. 3tio si Prælatu Ecclesiasticus consili non possit, Clericum tamen mox præsentandum Judici Ecclesiastico capere licet pro solutione debiti etiam civilis, dum suspectus est de fuga. 4to si delictum in tertiam personam committendum aliter impediri non potuit.

2oimus complectitur occupantes bona & terras Ecclesiæ Romanæ ejusque supremam jurisdictionem usurpantes vel ad hoc Consilium auxilium vel favorem cum effectu præstantes.

2imus complectitur absolventes sine legitimâ famâ facultate à præfatis Bulla Cœnæ excommunicationibus.

3. Casus Papales in jure Canonico expressi sunt. 1mo violenta manuum in Clericos injectio Can. si quis suadente 29. Causa XVII. Q. 4. de quo infra de Censuris. 2. Censuræ reservatæ obnoxius est qui renuit parere sententiæ definitivæ prænam excommunicationis infligenti latæ à delegato Papæ, si in tali contumacia per annum perseveret ex Cap. quærenti 26. de off. delegati. Lib. 1. tit. 29. Cum enim nullus sit qui à tali Censurâ post lapsum anni absolvere possit, non delegatus, cujus jurisdictione lapsa anno expiravit, nec inferior, propterea hic casus est summo Pontifici reservatus. 3. Litteras Apostolicas falsas penes se existentes intra dies viginti non destruens aut resignans Cap. dura 4. de crimine falsi Lib. 5. tit. 20. 4. Qui vexant Censuras excommunicationis suspensionis aut interdicti ferentes cap. quicumque 11. de sent. excomm. in 6. lib. 5. tit. 11. Si videlicet in excommunicatione propterea incursâ per duos menses perstiterint. 5. Religiosi in casibus per privilegia Apostolica non concessis ministran-

tes Sacramentum extremæ unctionis seu Eucharistiæ absque licentia Parochi Clement. Religiosi 1. de privileg. Lib. 5. tit. 7. 6. Domini tempotales procurantes in terris suis violari interdictum aut aliàs impediētes Censurarum observantiam Clem. gravi 2. de sent. excomm. Lib. 5. tit. 10. 7. Truculenter exterantētes corpus alicujus fidelis defuncti, ut illud alibi sepeliendum transferri possit extrav. detestandæ 1. de sepult. Lib. 3. tit. 6. 8. Dantes vel accipientes aliquid ob ingressum Religionis extravag. sanè 1. de san. Lib. 5. tit. 1. 9. Simoniaci reales in Ordine vel beneficio extrav. cum detestabile 3. de simon. 10. Incendiarii, ex quo per sententiam sunt publicè denunciati Cap. tu nos 19 de sent. excomm. 11. Effringentes & spoliantes Ecclesias Cap. conquesti 22. de sent. excomm. 12. Tentantes absque Apostolicæ Sedis concessione absolvere à peccatis seu casibus summo Pontifici reservatis & commutare vota Papæ reservata extrav. Etsi Dominici gregis 5. de pœnit. & remiss. Lib. 5. tit. 9. 13. Dantes vel recipientes aliquid pro obtinendâ gratiâ vel justitiâ apud Sedem Apostolicam & qui tales scientes intrâ tres dies summo Pontifici non revelant extrav. excommunicamus 1. de sent. excomm. 14. Clerici scienter & sponte participantes in factis cum excommunicatis à Papâ per specialem sententiam eosque ad divina officia recipientes Cap. significavit 18. de sent. excomm. 15. Mendicantes sine licentia speciali Sedis Apostolicæ transeuntes ad alium Ordinem præter Carthusianorum extrav. viam ambitiosæ 1. de Regularibus & transeuntibus ad Religionem. Lib. 3. tit. 8.

4. In specialibus SS. Pontificum constitutionibus comprehenduntur sequentes casus. In quibus censuræ Papæ reservatæ subjacent: Primo impediētes executionem litterarum sacræ pœnitentiariæ Bulla 1ma Ju-

liiii. q
Bullar. S
gularium
gularium
Romanu
exigente
tia Eccl
Gregor
Anno
violat
in Bul
2. Bul
affirm
ta conf
creto e
nis. S
culatar
favore
tamen
ter ali
lâ inci
fine li
& hor
mente
sum ab
11. in
tom, 1
ceptâ p
plenum
recipier
thedrali
64tâ re
Plures f
Q. 2
4. N

lii III. quæ incipit: rationi congruit & refertur tom. 1. Bullar. Secundo mulieres ingredientes monasteria regularium personarum S. Pius V in Bullâ quæ incipit: regularium personarum 10. & in aliâ incipiente: decet Romanum Pontificem. Relatis tom. 2. Bullar. Tertio exigentes juramenta in beneficiorum provisione obvia-
 tia Ecclesiasticæ libertati aut decretis Concilii Trid. Gregorius XIII in Bull. 93. relatâ tom. 2. Bull. editâ Anno 1584. incipiente: inter Apostolicas. Quarto violantes immunitatem locis sacris debitam Greg. XIV. in Bullâ 7ma incipiente: cum alias nonnulli. Relatâ tom. 2. Bull. in favorê immunitatis debitæ locis sacris. Quinto affirmantes licere per litteras confessario absenti peccata confiteri & ab eo absolvi Clemens VIII. in quodam decreto edito in generali congregatione sacre inquisitionis. Sexto asserentes B. Virginem peccato originali maculatam fuisse seu opinionem hanc & rationes in ejus favorem indissolutas afferendo defendentes, exceptis tamen PP. Dominicanis, quibus inter se non tamen inter alios de hâc sententiâ conferre licet Greg. XV. in Bullâ incipiente: eximii. Septimo moniales exeuntes claustra sine licentiâ S. Pius V. in motu proprio, qui incipit: decori & honestati. Et refertur tom. 2. Bullar. Octavo præsumentes explicare S. Scripturam contra proprium sensum ab Ecclesiâ intentum ex Concil. Lateranensi sess. 11. in Bullâ Leonis X. 21 mâ: supernæ Majestatis. Relatâ tom. 1. Bullar. Decimo publicantes indulgentias receptâ pecuniâ ex Bullâ S. Pii V. 99nâ, quæ incipit: plenum. Relatâ tom. 2. Bullar. Undecimo exigentes seu recipientes aliquid occasione novæ provisionis in Cathedralibus seu Collegiatis Ecclesiis ex Bullâ S. Pii V. 64tâ relatâ tom. 2. Bullar. quæ incipit: durum nimis. Plures similes reservati Casus ab AA. allegantur.

Q. 2. Quinam sunt casus Episcopales?

1. Nullus casus de jure communi est reservatus Episcopis.

copis, undè soli illi sunt reservati, quos ipsi sibi reservaverint, quosque in approbationis testimonio expresserint.

Non obstat: Extrav. inter cunctas **r.** de priv. lib. **s.** tit. **7.** in quâ videntur reservati de jure casus aliqui absoluteioni Episcoporum.

Contra enim est, quod in dictâ extrav. tantum declaratur, quod mendicantes à casibus ab Episcopo reservatis, quos supponit reservari per speciale statutum, absolvere non possint. Quod si contineat aliquam reservationem juris, non est attendenda, quia per Clem. dudum **2.** de sepult. est revocata.

Q. 3. Quos casus Prælati regulares sibi reservare possint?

R. Prælatorum regularium potestas reservandi decreto Clementis VIII. est restricta ad undecim casus, quos reservare possunt, non autem tenentur, ultra illos vero non possunt reservare, nisi cum Capituli generalis vel provincialis consensu. Sunt autem sequentes.

Primus veneficia incantationes fortilegia.

Secundus Apostasia à religione sive habitu dimisso vel retento, quando eò pervenerit, ut extra septa monasterii vel conventûs fiat egressio.

Tertius nocturna & furtiva egressio è monasterio etiam non animo Apostatandi facta.

Quartus proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

Quintus juramentum falsum in judicio regulari seu legitimo.

Sextus procuratio auxilium seu consilium ad abortum faciendum post animatum factum etiam effectu non subsecuto.

Septimus falsificatio manûs seu sigilli officialium monasterii seu conventûs.

Octa

D
Octavu
qua sit pec
Nonus
quo nom
externum
ræctum pro
copula car
Decim
cujuseun
Unde
aut aper
econver
DICO
testase ci
stas est ac
limitari
in suppl.
Expli
nisi ex co
Probi
qui juris
qui solu
Prælatus
reservatu
undè infi
casum rel
grediatur
bentem pe
dat, vel u
di obtinue
concedere
neque con
tis ullo mo
lum confes
tis, in quo

Octavus furtum de rebus monasterii in eâ quantitate, qua sit peccatum mortale.

Nonus lapsus carnis voluntarius opere consummatus, quo nomine intelligitur quodlibet peccatum luxuriæ externum etiam mollitiei seu propriæ pollitionis per tactum proprii vel alieni corporis causatæ & non sola copula carnalis.

Decimus occisio, vulneratio seu gravis percussio cujuscunque personæ.

Undecimus malitiosum impedimentum retardatio aut apertio litterarum à superioribus ad inferiores aut e converso.

DICO 2. *Quod in aliquem sacerdos non possit potestate clavium uti, contingit ex hoc, quod ejus potestas est ad aliquos specialiter limitata: unde ille, qui limitavit, potest extendere, in quem voluerit. S. Th. in suppl. Q. 20. a. 3. O.*

Explico: Inferior à reservatis non potest absolvere nisi ex concessione superioris.

Probat: Ille solus potest à reservatis absolvere, qui jurisdictionem habet in peccatum reservatum; atqui solus superior reservans ejusque in jurisdictione Prælati aut successor habet jurisdictionem in peccatum reservatum; non autem inferior, nisi ei delata fuerit; undè inferior sacerdos advertens à pœnitente adferri casum reservatum, debet eum monere, ne ultra progrediatur in confessione, sed ut sacerdotem alium habentem potestatem absolvendi à reservatis casibus accedat, vel ut expectet, donec ipse facultatem absolvendi obtinuerit, quam superior requisitus etiam benignè concedere debet, non petitiâ notitiâ contentis personæ neque confessarius licentiam petens personam pœnitentis ullo modo debet manifestare, ne peccet contra sigillum confessionis; excipitur ab hâc regulâ casus necessitatis, in quo superior accedi nequit; an autem talis necessi-

tas ceneri debeat, quando sacerdos celebrare vel laicus communicare tenetur, controvertitur, quibusdam asserentibus in tali casu debere fieri confessionem tam de reservatis quam non reservatis, cum obligatione datâ opportunitate se sistendi superiori, quo casu à non reservatis directè, ab aliis indirectè absolvitur pœnitens, aliis econtra asserentibus, in tali casu se sacerdotem aut laicum gerere posse, ac si careat copiâ confessarii: cum revera non adsit habens facultatem absolventi à reservatis. Talis autem necessitas certò est in articulo mortis, in quo cessat omnis reservatio, nec tenetur pœnitens absolutus in periculo mortis à reservatis se postea superiori sistere, cum à reservatis sit directè absolutus, nisi ratione censuræ annexæ, non quidem ad novâ absolutionem obtinendam, sed ut mandatum recipiat de satisfaciendo, quod si neglexerit, reincidet in censuram ipso jure per cap. eos qui 22. de sent. excomm. in 6. lib. 5. tit. 11.

Q. 1. An & quando Episcopi suos possint absolvere à casibus Papalibus?

R. 1. Quando delinquentes habent legitimum impedimentum adeundi S. Pontificem, ut habetur in cap. mulieres 6. de sent. excomm. lib. 5. tit. 39.

2. Si casus sint occulti, & necdum ad forum contentiosum deducti, undè tunc juxta communem Theologorum ex casu Papali sit Episcopalis; an autem hoc valeat etiam in Hæresi occultâ reservatâ in Bullâ cœnæ, controvertitur inter Authores, videantur dicta 2. 2. Disp. X.

Q. 2. An religiosi possint absolvere à reservatis?

R. Mendicantes & cum iis in privilegiis communicantes possunt absolvere à casibus Papalibus extra Bullam cœnæ reservatis, non tamen à casibus Episcopo reservatis absque ejus licentiâ: ut patet ex propositione hâc ab Alexandro VII. damnatâ in ordine 12. *Mendicantes*

De
casus possint
non obstantia

Q. 3. A
in Diocesi p
fitur, reserv
non autem p

R. Ad in
in fraudem
jurisdiction
ergo etiam
solvere, n
fumi in lo
pœnitens e
alium hab
quia tunc e
ne justa rel

Nec rej
nec proinc
Episcopi a
tamen ref
in subdito

R. Ad
Episcopos
torum, n

Q. 4. A
vere?

R. Si ve
peccatum
potest ab un
ab omnibus
debeat absol
si invalidè
reservationem
reservationem
vatis,

canon

antes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis non obtentâ ad id Episcoporum facultate.

Q. 3. An possit absolvi pœnitens adferens casum in Diœcesi propria, non autem confessarii, in qua confitetur, reservatum vel reservatum in diœcesi confessarii non autem propria?

R. Ad 1^{um}, talem posse absolvi, nisi eò venerit in fraudem legis. *Ratio est:* quia confessarius habet jurisdictionem in peccata non reservata in suâ Diœcesi; ergo etiam alienæ Diœcesis pœnitentem ab iis potest absolvere, nisi eò veniat in fraudem, quæ potest præsumi in locis limitaneis alienæ Diœcesis, tunc enim pœnitens erit remittendus ad suum Episcopum vel alium habentem facultatem absolvendi à reservatis: quia tunc ordinarius reservans meritò ceasetur invitus, ne juxta reservatio fiat inutilis.

Nec refert: quod confessarius non sit ipsi subditus, nec proindè potestas absolvendi videatur subjecta legi Episcopi alieni; licet enim non sit subjecta directè, est tamen restringibilis indirectè ex subtractione materiæ in subdito transeunte ad aliam Diœcesin.

R. Ad 2^{dum}, talem posse & debere absolvi: cum Episcopus non reservarit, nisi peccata suorum subditorum, nec aliquid possit circa alienos subditos.

Q. 4. An reservans possit à solis reservatis absolvere?

R. Si velit Sacramentaliter absolvere, cum unum peccatum mortale non sit remissibile sine alio, non potest ab uno peccato reservato absolvere, quin etiam ab omnibus simul absolvat, sed cum non necessariò debeat absolutio à reservatis esse Sacramentalis, quia si invalidè absolvisset superior, tamen sustulisset reservationem, hinc potest extra Sacramentum tollere reservationem non auditis aliis peccatis non reservatis.

QUÆSTIO III.

An homo possit satisfacere pro peccatis, quæ conditiones requirantur & an in peccato?

DE satisfactione pro peccatis quoad culpam diximus in Disput. II & III. proindè hic quæritur de satisfactione pro pœnâ temporali pro peccato remisso debitâ, undè satisfactio pœnitentialis in Sacramento pœnitentiæ imponitur potissimum ad castigationem, quam peccator promeruit, ut divinæ justitiæ satisfaciât, quia licet unâ cum culpâ mortiferâ remittatur etiam supplicium æternum culpæ debitum, exigit tamen divina justitia pœnam aliquam temporalem delictis proportionaliter correspondentem.

DICO 1. *Homo... ex hoc, quod per liberum arbitrium agit, Deo satisfacere potest.* S. Th. in suppl. Q 13. a. 1. ad 2.

Probatur: Ex definitione Concilii Trid. sess. 14. de pœnit. Can. 13. *Si quis dixerit pro peccatis quoad pœnam temporalem minimè Deo per merita Christi satisfieri pœnis à Deo inflictis & patienter toleratis vel à sacerdote injunctis sed neque sponte susceptis, ut jejniis, orationibus, Eleëmofynis vel aliis etiam pietatis operibus... Anathema sit.* Etiam in Michaelè Bajo damnata est hæc propositio. 77. *Satisfactiones laboriosa justificarum non possunt compensare de condigno pœnam temporalem restantem post culpam condonatam, sicut autem opera pœnitentiæ voluntariè à pœnitente suscepta ex opere operantis satisfaciunt pro pœnis peccatorum debitis, ita opera pœnitentiæ in Sacramento pœnitentiæ imposita satisfaciunt ex opere operato pro pœnis promeritis, quin etiam promerentur auxilia ad peccata deinceps vitanda, & juxta probabilem sententiam etiam causant augmentum gratiæ: cum sint pars integralis pœnitentiæ.*

Obj.

Obj. Opera satisfactoria sunt inferioris ordinis ad pœnam post culpam remissam luendam, quæ est pœna purgatorii.

R. Opera satisfactoria secundum se sunt inferioris ordinis *Con.* ut informata gratia sanctificante *N.* cum enim, ut dicitur, opera suam condignitatem habeant à gratia sanctificante, hæc illa elevat, ut removeant obicem gloriæ æternæ, videlicet pœnas temporales in altero sæculo luendas: cum tribuat jus ad integram Beatitudinem.

DICO 2. *Satisfactio debet esse talis per quam aliquid nobis subtrahamus ad honorem Dei.* *S. Th.* in suppl. *Q. 15. a. 3. O.* Sive satisfactio debet esse opus supernaturale, pœnale, non tamen ex intentione satisfaciendi necessario procedens nec supererogatorium.

Ratio prima partis est: quia actus satisfactorius debet fundari in gratia: quia debet tollere illa, quæ habent oppositionem cum hominum beatitudine, ad quam sola gratia tribuit condignitatem & Jus.

Ratio secunda partis est: quia cum homo delectationem quæ fuerit in creatura, cui delectationi in sequenti sæculo sua pœna correspondebit, ut satisfaciatur, debet voluntariam aliquam afflictionem suscipere in seipso quasi exercens actum Justitiæ vindictivæ, patet etiam ex *Concil. Trid. Sess. 14. cap. 8.* satisfactionis conditionem describens: *procul dubio enim magnoperè à peccato revocant, & quasi freno quodam coercent hæc satisfactoria pœna & infrà; dum satisfaciendo patimur pro peccatis, CHRISTO JESU, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficitur.*

Ratio tertia partis est: quia tota valoris satisfactorii substantia pendet ex oppositione sufficiente ad removendum pœnæ temporalis reatum, quæ pugnantem

tem cum æternæ beatitudinis consecutione vel integritate, sed hæc oppositio provenit à gratia sanctificante, ergo licet non procedat ex intentione satisfaciendi tamen exercitè reverà satisfacit.

Ratio quarta partis est: quia potest eodem opere duplici debito coordinato satisfieri, atqui debitum præcepti & satisfactionis sunt ità ad invicem coordinata, ut hoc ipso, quod aliquis obediatur præcepto simul etiam exhibeat aliquid Deo gratum sibi pœnosum & difficile procedens ex gratia sanctificante reddente subjectum dignum, ut obex æternæ beatitudinis removeatur, sive attendatur ipsa substantia operis sive formalis intentio implendi præceptum ex obedientia, ac ità est in tali opere duplex titulus, alter adæquatè respondens præcepto alter respondens debito seu reatui pœnæ temporalis, quæ pugnantis cum assecutione beatitudinis supernaturalis vel ejusdem integritate, undè actus præceptus potest simul esse satisfactorius.

DICO 3. *Sine charitate opera facta non sunt satisfactoria* S. Th. in suppl. Q. 14. A. 2. O.

Probatur: in reatu pœnæ temporalis post remissionem culpam remanente est moralis oppositio cum beatitudinistum actuali consecutione, tum integritate, quæ moralis oppositio per opera satisfactoria debet tolli; atqui hæc oppositio nequit tolli per opera sine charitate facta, ergo probatur Mi. illa oppositio nequit tolli nisi per opera dignificata per gratiam, quæ sola tribuit Jus ad æternam beatitudinem, atqui opera sine charitate facta non sunt dignificata per gratiam, ut patet; ergo.

Obj. Per hoc homo satisfacit, quod patiatur pœnam debitam; atqui hanc potest pati etiam extrà statum gratiæ: sicut is, qui propter delictum meruit manus abscissionem, hæc abscissâ, licet non sit

Di
in gratia
& Neg
reus extrâ
pœnam ab
in reatu ten
stitutione ne
do tolerata
tollere pœ
rudinis hat
sit nisi per
licet grati

Aninj

DICO
dic
pœna in c
solvit, J
pœnam k
nam imp
Expl
remissâ
in Conf
gendi sa
Sess. 14.
ergo Sacc
tra sugge
cium facu
inungere
tus agant
tis injun
ciantur.
quam imp
diam S
tum peccat

in gratia Regis, satisfacit tamen pœnæ debitæ.
 &. Negando M. ad probat, disparitas est, quod
 reus extrâ Regis gratiam positus, quando sustinuit
 pœnam ab ipso sancitam, nihil superest formalitatis
 in reatu temporalis pœnæ, cui ex ejusdem Regis con-
 stitutione non omnimodè respondeat pœna tali mo-
 do tolerata, sed homo extrâ gratiam Dei nequit
 tollere pœnam, in quantum cum assecutione beati-
 tudinis habet oppositionem: cum illa tolli non pos-
 sit nisi per opera ex radice æternæ beatitudinis, vide-
 licet gratiâ procedentia.

Q U Æ S T I O I V.

*An injuncta Pœnitentia possit mutari & à quo &
 an unus pro alio possit satisfacere?*

DICO 1. Sacerdos... ad pœnam... ligare dupliciter
 dicitur, uno modo considerando ipsam quantitatem
 pœna in communi & sic non ligat, nisi in quantum non
 solvit, sed ligatum ostendit, alio modo considerando
 pœnam hanc vel illam determinatè & sic ligat ad pœ-
 nam imponendo eam S. Th. in suppl. Q. 18. A. 3. O.

*Explicatur & probatur Conclusio: quia regulariter
 remissa culpâ remanet pœna temporalis, hinc est
 in Confessario gravis obligatio pro peccatis injun-
 gendi satisfactionem proportionatam, juxtâ Trid.
 Sess. 14. de pœnit. cap. 8. cujus verba sunt: debent
 ergo Sacerdotes Domini, quantum Spiritus & pruden-
 tia suggererit, pro qualitate criminum & pœniten-
 tium facultate salutare & convenientes satisfactiones
 injungere: ne si fortè peccatis conniveant & indulgen-
 tius agant levissima quadam opera pro gravissimis deli-
 ctis injungendo alienorum peccatorum participes effi-
 ciantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio,
 quam imponunt, non sit tantum ad nova vitæ custo-
 diam & infirmitatis medicamentum, sed ad præterito-
 rum peccatorum vindictam & castigationem, nam cla-*

ves Sacerdotum non ad solvendum solum, sed & ad ligandum concessas etiam antiqui Patres & credunt & docent, nec propterea estimaverant Sacramentum pœnitentiæ esse forum iræ & pœnarum. Quibus verbis Concilium satis emphaticè inculcat Sacerdotibus gravissimam obligationem injungendi satisfactionem pœnitentibus; cujus ratio ex triplici Sacerdotis munere deducitur. Imprimis Confessarius quâ minister Sacramenti tenetur procurare istius integritatem, satisfactio autem est pars integralis Sacramenti Pœnitentiæ. Deindè Confessarius quâ Judex quia hoc Sacramentum est institutum per modum Judicii, debet servare Justitiam vindicativam castigando delicta. Denique Confessarius quâ medicus tenetur sanare morbos & curare vulnera infundendo vinum & oleum ad exemplum Samaritani Evangelici videlicet contrâ recidivam congrua media præscribendo, & acrem præteritorum castigationem adhibendo.

Porro impositio satisfactionis sacramentalis non est de necessitate Sacramenti, sed solum de necessitate præcepti; quia est pars Sacramenti Pœnitentiæ non essentialis sed integralis, quamvis habeat effectum ex opere operato; undè fit, ut quando adest impotentia satisfaciendi, ut in moribundis vel sensibus aut ratione destitutis, non requiratur satisfactio re ipsa, sed sufficiat in voto vel proposito saltem implicito & virtuali in ipso dolore sacramentali incluso.

Praxis autem imponendi satisfactionem sumenda est ex his regulis.

1. modò. Convenientius est, ut Confessarius Pœnitentiam injungat ante absolutionem, ut pœnitens tum voto, tum spontaneâ susceptione pœnitentiæ satisfacere incipiat & satisfaciendi votum & susceptio satisfactionis absolutione sacramentali confirmetur, si tamen post absolutionem imponatur, non obest

pet;

perfecti
tibus Sac
satisfacti

2. dō. C

nā debet
cit. debent

prudentiā,
in instructi

tia pruden
beat, v

peccato
etiam g

sequitur
quantum

3. iō.

tantum
attende

ut innu
& pœni

maximū
tentiā a

tiam, h
ætatis; v

pœnitent
facillius

neve occ
vel alteri

lum subo
remissior

ponat, q
dè aliquat

get, an p
etiam per

piusimus
Confessari

III. Par

perfectiōni Sacramenti : sufficit enim ut cæteris partibus Sacramenti pœnitentiæ impositio & susceptio satisfactionis moraliter jungatur.

2dò. Confessarius in injungendâ pœnitentiâ magnâ debet uti prudentiâ & discretione, ut innuit Trid. *cit. debent ergo Sacerdotes domini quantum Spiritus & prudentia suggererit &c.* juxtâ Carolum Borromæum in instruct. Confessor. pro imponenda pœnitentiâ prudens debet esse confessor, nec itâ levem adhibeat, ut clavium potestas contemnatur, & ipse peccatorum alienorum evadat particeps, nec itâ etiam gravem aut diuturnam, ut pœnitentes ei obsequi recusent, aut acceptam ex integro non exequantur.

3iò. In determinandâ qualitate satisfactionis non tantum ad gravitatem & multitudinem peccatorum attendendum est, sed etiam pœnitentis facultatem ut innuit Trid. illis verbis ; *pro qualitate criminum & pœnitentium facultate*, juxtâ S. Carolum Borromæum in instruct. Confessor. in imponendâ pœnitentiâ adhibebit prudentiam & pietatem & Justitiam, habebit rationem statûs, conditionis, sexûs, ætatis ; videbit, ne ei, qui in alienâ potestate est, eam pœnitentiâ injungat, quæ vel præjudicium adferat illius Juri, qui pœnitentem in potestate habet, neve occasio detur spiritualis ruinæ, ne pœnitentis vel alterius peccatum detegi, vel aliquod scandalum suboriri, vel ipse pœnitens nimium deterreri remissior & tepidior reddi possit ; quare talem imponat, qualem posse præstari ab eo judicat, proinde aliquando, si itâ expedire viderit, illum interroget, an possit anve dubitet pœnitentiâ sibi injunctam peragere, alioquin eam mutabit aut minuet, piissimus Asceta S. Franciscus Salesius in monitis ad Confessorum instructionem editis cap. 8. monet

Confessarium ab impositione pœnitentiæ antiquis Canonibus præscriptæ abstinere posse, si pœnitentem ad eam implendam paratum non videat, & consultius futurum, si tunc leviozem satisfactionem illi imponat, cum ut plurimum expediat magis cum pœnitentibus benignè & amanter agere, quam durè & asperè illos tractare, operæ tamen pretium esse, ut significet pœnitenti, majorem ipsi pœnitentiam spectatâ gravitate peccatorum imponi debere, si summo jure cum ipso ageretur, ut præscriptam satisfactionem humiliùs & ferventiùs impleat; explicat hoc pulchro simili S. D. in suppl. Q. 18. A. 4. *sicut ergo medicus aliquando prudenter non dat medicinam itâ efficacem, quæ ad morbi curationem sufficiat, ne propter debilitatem naturæ majus periculum oriatur: itâ Sacerdos divino instinctu motus non semper totam pœnitentiam, quæ uni peccato debetur, injungit, ne infirmus aliquis ex magnitudine pœnæ desperet, & à pœnitentiâ totaliter recedat, ex quo S. D. dist. 20. in 4. tum. A. 2. Q. lã. 2. ad 3. infert. Sacerdos minorem condigno pœnitentiam injungens non semper peccat. . . . quia quandoque ex industria minorem pœnitentiam imponens plus prodest pœnitenti, quam noceat, qui forte magnitudine pœnæ posset à pœnitentia peragenda impediri propter debilitatem virtutis adhuc in eo de novo recuperata & ideo negligit minus damnum, ut majus evitet.*

4^{to}. In taxandâ satisfactione etiam Confessatio habenda ratio contritionis in pœnitente, quæ ut intensior est vel remissior, itâ satisfactionis debitum plus minusve diminuit. Undè juxtâ S. Carolum Borromæum considerabit item animum mentemque pœnitentis, ac fletum gemitum & lachrymas intimi doloris indices.

5^{to}. Pro satisfactione injungendâ sunt opera af-

ficti.

fictiva
stat, p
rio, jesu
Th. in lu
bona, se
fortune se
subtrahit
nis corpo
mus, ex
quid sul
ti, sed
ad hæc
za satisf
quæ cur
gratias
nium
nempè
omnia
6^{to}
rias int
larum
Salefu
4. quæ
piorum
imposi
pariat i
ac tepel
gis cogit
re debeat
las, quæ
7^{mo}.
ab altero
graves o
d pœnit
hoc incog

Activa & pœnalia, ut ex præcedente Quæstio. constat, præcipua autem satisfactionis opera sunt oratio, jejunium & eleemosyna cujus rationem dat S. Th. in suppl. Q. 15. A. 3. O. nos non habemus nisi tria bona, scilicet bona animæ, bona corporis, & bona fortune scilicet exteriora, ex bonis quidem fortuna subtrahimus nobis aliquid per eleemosynam, sed ex bonis corporis per jejunium, quando carnem maceramus, ex bonis animæ non oportet, quod nobis aliquid subtrahamus: quia per ea efficiamur Deo accepti, sed ea omnia Deo subicimus per orationem, ad hæc autem tria satisfactionum gratia omnia opera satisfactoria revocantur, ad orationem scilicet quæcunque Deo proximè exhibentur, ut sacrificium, gratiarum actio, meditatio, lectio &c. ad Jejunium omnia, quibus caro maceratur & castigatur nempe asperitas victûs & vestitûs; ad eleemosynam omnia opera pietatis, quibus proximo subvenimus.

6to. Confessarius non debet imponere pœnitentias intricatas ex variis operum generibus aut diversarum orationum numero, ut monet S. Franciscus Salesius in monitis pro Confessarii instructione cap. 4. quod illa diversarum orationum congeries aut piorum operum varietas oblivionem pœnitentiæ impositæ inducat, indeque anxietatem & scrupulos pariat in animis pœnitentium, deinde remittitur ac tepescit plerumque devotio, dum pœnitens magis cogitat, quas orationes recitare, vel quid agere debeat, & quo die, quam attendat ad preces ipsas, quas fundit, aut ad opera ipsa, quæ facit.

7mo. Pœnitentia ab uno Confessario imposita ab altero mutari non potest, nisi cognita causa, & graves ob rationes; ratio sumitur ex Trid. Sess. 14. de pœnit. cap. 3. constat enim Sacerdotes Judicium hoc incognita causa exercere non potuisse, neque equita-

tem quidem illos in pœnis injungendis (id est in minuendis & moderandis pœnis) servare potuisse.

8vò. Et si ordinariè conveniat omnino injungi opera supererogatoria seu aliundè ex præcepto aliquo vel voto pœnitentis non debita, ut nimirum pœnitenti novum aliquod onus & difficultatem adferant, hinc si Confessarius absolutè aliquod opus injungat v. g. auditionem Missæ, intelligendus est de opere aliàs non debito; potest tamen ex causa aliqua rationabili injungere opus simul alias præceptum, quo casu omittens talem pœnitentiam aliundè debitam duo specie distincta peccata committit, unum contrà præceptum Ecclesiæ v. g. aliud contrà præceptum Confessarii.

9nò. Causam & modum gravissimis peccatoribus multum diminuendi pœnitentiam per extraordinariæ & heroicæ charitatis exemplum docuit Indiarum Apostolus S. Franciscus Xaverius, qui audiens inveteratum peccatorem, ut legitur in ejus vitâ, levissimam pœnitentiam imposuit, maximam verò pœnitentiæ aliàs injungendæ partem in se ipso luit severissimis disciplinis, Jejuniiis aliisque mortificationibus.

DICO 2. *Non est permittendum, ut alius pro alio pœnitentiam agat* S. Th. in supp! Q. 13. A. 2. O.

Explicatur & probatur; pœnitentiam à Sacerdote impositam debet pœnitens acceptare & implere, hæc enim obligatio ex parte pœnitentis deducitur ex potestate & obligatione, quâ potest & debet Confessarius pœnitentiam rationabilem imponere; frustra enim posset & deberet Confessarius pœnitentiam imponere, si pœnitens non esset obligatus illam recipere; sunt enim hæc correlativa. Declaravit idem Trid. Sess. 14. de pœnit. cap. 8. ex verbis Christi Joan. 20. *quorum remiseritis peccata remittuntur eis &*

quorum

De
quorum re
cerdotibus
nem non t
etiam ad p
Stigatione
Praxis a
tionem su
Ira. S
tem Sacra
ante absc
posito pe
2. ad 2.
est in prop
undè da
doctrina
nem præ
politia an
scriptio,
per illam
versus.
nem pœ
sastente
confirme
sed abusi
tamen d
solutione
opera pe
vel Medi
pedire.
2da. l
da est præ
fessarius
do imple
liter fieri
menti, it
gum temp

quorum retinueritis retenta sunt, concludendo, in Sacerdotibus esse potestatem imponendi satisfactionem non tantum ad infirmitatis medicamentum sed etiam ad prætorum peccatorum vindictam & castigationem

Praxis autem implendi pœnitentiam sive satisfactionem sumenda est ex sequentibus regulis.

1ma. Satisfactio, quamvis sit pars ad integritatem Sacramenti requisita, non ideo necesse est, ut ante absolutionem impleatur, sed sufficit esse in proposito pœnitentis, ut docet S. Th. 3. P. Q. 90. A. 2. ad 2. *dicendum: satisfactio confert gratiam prout est in proposito & auget illam, prout est in executione; undè damnata est ab Alexandro VIII. Rigoristarum doctrina consistens in his propositionibus 16. ordinem præmittendi satisfactionem absolutioni induxit non politia aut institutio Ecclesie, sed ipsa Christi lex & prescriptio, natura rei id ipsum quodammodo dictante. 17. per illam praxin mox absolvendi ordo pœnitentia est inversus. 18. Consuetudo moderna quoad administrationem pœnitentia, etiamsi eam plurimorum hominum sustentet authoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu sed abusu.* Hucusque propositiones damnatæ. Non est tamen dubium, quin quandoque Confessarius absolutionem possit differre, donec pœnitens aliqua opera pœnitentiæ impleverit, si id tanquam Judex vel Medicus ejus curationi spirituali judicaverit expedire.

2da. Pœnitentia injuncta à Confessario implenda est præfixo tempore vel termino, si autem Confessarius nullum tempus præfixerit, per se loquendo impleri debet, quamprimum commodè moraliter fieri potest, eo quod sit pars integralis Sacramenti, ità ut sine justa causa differri nequeat ad longum tempus.

3^{ta}. Debet pœnitens per se ipsum implere pœnitentiam, quare si ipse exequi possit, non potest alium substituere, qui pro se impleat pœnitentiam, ut certum est post propositionem ab Alexandro VII. damnatam l. c. hujus tenoris: *pœnitens propria auctoritate sibi alium substituere potest, qui loco ipsius pœnitentiam impleat.* Si verò opus iniunctum pœnitens exequi nequeat, liberatur à pœnitentia, nec tenetur alium rogare aut substituere, interdum tamen personis debilibus aut morituris injungi potest, ut curent ab aliis pro tali v. g. necessitate orari vel peregrinationem institui, & tunc potius illa operis injunctio à pœnitente cum aliquo sumptu vel labore faciendam rationem pœnitentiæ sacramentalis habet, quam opus ipsum, quod ab alio perficitur.

4^{ta}. Ipsemet pœnitens non potest pœnitentiam justam à Confessario impositam commutare in aliam etiam evidenter meliorem: quia opus à Confessario impositum virtute clavium ad hoc elevatur, ut sit opus sacramentale & satisfactorium ex opere operato, quale non potest esse aliud opus à pœnitente surrogatum, quantumvis melius, nec inferior potest unquam commutare in melius opus à superiore præceptum; atqui pœnitens se subjiciens Judicio Confessarii tanquam superioris est inferior; ergo tenetur stare illius sententiæ: quia quæ Sacerdos auctoritate Christi ligavit in terris manent ligata in cœlis.

5^{ta}. Quamvis pœnitens possit eligere quemcumque Confessarium idoneum, postquam tamen Confessarium elegit, eidemque peccata est confessus, non potest referre pœnitentiam justam à Confessario imponendam: quia non potest recusare pœnitentiam inchoato jam Sacramento absque rationali causa, ob irreverentiam, quæ fit Sacramento, quod inchoatum relinquitur; quamvis non desint graves

L
graves au
excedere
Christum
obligare
tentiam
dammod
zque ido
6ta. C
lum pecc
qua pat
merito
Sacram
do præ
venialib
materia
quod ta
nitentia
lia v. g
perfect
quod g
ex caus
hic est
7m
nitenti
certum
tunc po
justam.
ter imp
gat, in t
netur po
tum pot
pabilitate
tentia
quia in
iterum

graves authores docentes, irreverentiam illam non excedere culpam venialem; eo quod præsumatur Christum pro sua clementia noluisse pœnitentem obligare sub peccato mortali ad non fugiendam sententiam Confessarii ante impetratam absolutionem, dummodo intendat accedere alium Confessarium æquè idoneum.

6ta. Omittere pœnitentiam quandoque est solum peccatum veniale ut 1^o mò. quando omittitur aliqua pars levis pœnitentiæ levis 2^o mò. juxtà multos (aliis meritò dubitantibus, an non sit gravis irreverentia Sacramentū relinquere sine sua parte integrali) quando prætermittitur tota pœnitentia levis injuncta pro venialibus aut mortalibus semel confessis; eo quod materia levis non suscipiat obligationem gravem; quod tamen ab omnibus illis non admittitur, si pœnitentia gravis injungatur propter peccata venialia v. g. religioso, qui specialiter obligatur procurare perfectionem, ne parvi æstimet peccata venialia; eo quod gravitas vel levitas ejusmodi obligationis non ex causa motiva sed ex materia præcepta, quæ hic est gravis, sit desumenda.

7ma. Excusantur pœnitentes à persolvendâ pœnitentiâ in sequentibus casibus. Imprimis quando certum est, quod impositio pœnitentiæ sit injusta, tunc potest accedere alium Confessarium, & petere justam. Deindè si pœnitentia sit pœnitenti mortaliter impossibilis; lex enim cum tanto onere non obligat, in tali autem casu si pœnitentia sit divisibilis, tenetur pœnitens pœnitentiam implere ex parte, quantum potest. Denique si pœnitens sit pœnitentiæ inculpabiliter oblitus, nec credat Confessarium pœnitentiæ injunctæ recordari, vel si adiri non possit: quia in hoc casu pœnitens non obligatur ad peccata iterum confitenda: cum Confessarius id non præce-

perit sed injunxerit opus aliquod, quod pœnitens modo propter oblivionem inculpabilem non potest exequi, consultius tamen foret, ut talis pœnitens oblitus pœnitentiæ gravis in proximâ confessione petat sibi injungi pœnitentiam talem, qualis pro gravibus peccatis solet imponi.

DICO 3. *Quantum ad solutionem debiti unus potest pro alio satisfacere, dummodo sit in charitate, ut opera eius satisfactoria esse possint.* S. Th. in suppl. Q 13. A. 2. O.

Explicatur & probatur: ratione S. Th. ad duo ordinatur satisfactio: primò ut sit remedium contra sequens peccatum, & ità non potest uni prodesse satisfactio alterius, nemo enim fit melior ex alterius actibus, nisi tantum per accidens, in quantum unus alteri meretur de congruo emendationis gratiam. Secundò ut per eam solvatur debitum & ità posse unum pro altero satisfacere, patet tum ex symbolo Apostolorum, in quo profiteamur Sanctorum communionem, quâ fideles benefacta sua communicent & se mutuo per jejunia, orationes & eleemosynas juvent. Tum ex S. Script. Luc. 16. monentur divites, ut faciant sibi amicos de mammona iniquitatis, à quibus, cum defecerint aut defectu aliquo laboraverint, adjuti recipiantur in æterna tabernacula 2. Cor. 8. hortatur Apostolus Corinthios ut per eleemosynam succurrant Pauperibus hierosolymis existentibus, à quibus vicissim spiritualiter juventur; ità eos v. 14. alloquitur: *in presenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat: ut, & illorum abundantia vestra inopia sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est* Idem passim asserunt sancti Patres; è quibus S. Aug. Q 149. in Exod. tom. 4. Exemplo Moyſis inducto ait: *ut eo modo admoneremur, cum merita nostra nos gravassent, ne*

di-

diligamur
rursus posse,

Obj. 1.
cere vel co
unus alteri
8. ad 1.

ſio ſit actus
eſt culpa &
hominis
nem pœn
quam un
nem non
pro altero

Ad 2.
nullius p
riam, n
ſecundu
eſt in ſat

Obj.
Ergò ne
tract. 8.
ſionem n

8. ad
terius or
Unde al
riti & rec
cto Judic

Ad 2.
fuſionem
nâ morte
debetur.

diligamur à Deo, relevari nos apud eum illorum meritis posse, quos Deus diligit.

Obj. 1. Non potest quis pro alio contritionem elicere vel confiteri; ergo nec satisfacere. Accedit, quod unus alteri non possit mereri gloriam.

R. ad 1. Disparitas est: quod contritio & confessio sit actus requisitus ex parte illius, cui remittenda est culpa & pœna æterna tanquam dispositio ipsius hominis, e contra satisfactio ordinatur ad remissionem pœnæ, quæ post remissam culpam luenda restat, quam unus pro altero luere potest, cujus satisfactio nem non quidem de condigno sed de congruo Deus pro altero acceptat.

Ad 2. Disparitas ex divinâ ordinatione est, quod nullius puri hominis gratia sit principium merendi gloriam, nisi ei, in quo est: cum gloria tantum detur secundum uniuscujusque propriam dispositionem; aliud est in satisfactione.

Obj. 2 *Unusquisque onus suum portabit Galat. 6.* Ergo nec alteri potest prodesse satisfaciendo Et S. Aug. tract. 84. in Joan. *In fraternorum peccatorum remissionem nullius martyris sanguis funditur.*

R. ad 1. In eâdem Epist. cap. 6. v. 2. dicitur: *alter alterius onera portate & sic adimplebitis legem Christi.* Unde alter textus intelligitur de opere meriti & demeriti & reddendæ rationis, quam quilibet propriam stricto Judici dabit.

Ad 2. voluit S. Aug. omnem alterius sanguinis fusionem ab efficacîâ redimendi à peccato & æternâ morte excludere, hæc enim solius Christi morti debetur.

